

Alciat. vt non procedat, si errore creditor probauerit, ne aucupatione verbi illius elusus remaneat.

Secunda opinio principalis in hoc est Azon. que refert gloss. in d. l. rationes, d. verbo, quantum ad, scilicet quod etiam testator dicat, sibi deberi decem tantum, cum tamen plus deberetur, in rei veritate non preiudicat heredi confessioni huiusmodi testatoris probata veritate, quia errore id videtur dixisse testator, nisi probetur, quod scierit dixit, quia tunc valebit in vim relicti quam opin. videtur sequi Paul. de Castro in d. l. rationes, n. 2. in prin. licet in fin. illius n. aliud videatur dicere. Hanc opinionem sequitur Marc. Anton. Bauer, in tract. de virtut. & virib. iuram. n. 5. vol. 5. tract. diuers. Dd. fol. 20. Præcedens tamen opinio est communis, verior & tenenda in iudicando & consulendo, quia ipse limitarem, si manifestissime appareat & probatur per hæredem, errore ductu fuisse testatorem ad ita confitendum, itaq; non fuisse eius intentionem, vt legaret vel donaret residuum, nam tunc iniquum profecto esset excludere hæredem à reliqui petitione, cui ita etiam & à fortiori repetat liberationem, qui indebitum per errorem promissit, sicut reperit indebitum solum, qui istud soluit, vt in l. si non transtulisti, C. de iuris & fact. ignor. & in l. fin. C. cum materia, C. ad legem Falc. Ergo si manifeste constat de errore testatoris contentis tantum sibi deberi, etiam si id dixerit per dictionem taxatiuam, consequens est, vt iustissime debeat hæres admitti, cum expresse non constet, quod testator voluerit legare residuum, & tacita cõiectura, quæ resultat in cõtrarium per dictionem taxatiuam, secundum comunem opinionem sit sublata & destructa per probationem apertam hæredis de errore testatoris. Nec enim communis opinio suprad. habet, hæc esse præsuppositionem iuris & de iure, ita vt probatio erroris non admittatur in contrarium, sed quod testator vtendo dictione taxatiua videtur legasse residuum, & non admittatur hæres ad probandum, quod amplius debebat. Igitur si constet de cõtraria eius voluntate errore probato per hæredem, merito quod non habeat locum nec procedat communis opinio suprad. cum nullo sit errantis cõsensu, vt in l. qui testamento, & in l. non iudico minus, C. de iuris & fact. ignor. Et profecto limitatio hæc, & iusta, & æquissima est, quam ipse tantum admitterem, eo quidem casu, quo error testatoris manifestissime probaretur & concludenter, secus alias, si probatio aliquo modo dubia esset, quia tunc intrat, & habet locum communis opinio supradicta.

4. Si tamen testator iurauerit illam summam sibi deberi per Titium, siue vtatur dictione taxatiua, siue non hæres tenetur stare necessario cõfessionem iuratae testatoris, & non potuit residuum petere, licet id probauerit, alias non fructus hereditate, quia hoc casu videtur velle testator per iuramenti appositionem reliqua non confessata per fideicommissum relinquere debitori: ex hac tamen confessione nullum præiudicium parat creditoribus: ita probat tex. expressus, quando testator iurauit non vtendo dictione taxatiua, in auct. quod obinet, & in corpore vnde sumitur, C. de probat. tenet gl. in d. l. rationes, approbat in d. l. 121. & inquit eleganter Paul. de Castro in d. l. rationes, n. 2. quod hoc casu iuramentum habet vim dictionis taxatiuæ: quod constat ex d. auct. quod obinet, iuncta suprad. communi opinione Hugol. tenet Auend. 2. par. c. 29. prator, n. 12. vbi ampliat, vt nihil possit peti, quando testator iurauit, quod non erat suus debitor. Et quando testator vtitur in hoc casu dictione taxa-

tiua & iuramento, res est sine dubio, & ita id merito tenet Bar. hoc casu in d. l. rationes, in 2. lect. n. 4. & idem in l. ex ea script. n. 11. & 12. ff. de donat. & Marc. Ant. vbi sup. intelligentes, quod hoc casu loquitur d. auct. quod locum: sed in ea, nec in lege præcedenti, quæ est d. l. rationes, nulla metio fit dictionis taxatiuæ, sed tantum in gl. d. l. rationes, ad quam minime est referenda d. auct. quod locum, sed ad legem ipsam. Addit Steph. Aufser. in gl. ad dec. 211. Cap. Thol. quod d. auct. procedit non solum, quando expresse testator iurat, sed etiam, quando dicit se iurasse, vt videtur velle d. auct. secundum ipsum, sed d. auct. in iuramento loquitur, non vero in confessione iuramenti, prout eam intelligebat Aufser. vbi sup. cuius opin. potest probari argum. tex. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de l. 3. De quo agimus sup. 1. p. c. 54. n. 14. & 15. Nec contra hanc resolutionem iuramenti obstat, quod iuramentum erroneum non valet, nec obligat, vt in l. fin. ff. qui satis cogant. dixi latius sup. in 1. par. c. de cond. indeb. quia in nostro casu per appositionem iuramenti testator videtur velle, vt actus valeat omni meliori modo, quo potest, argum. l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. dictum fuit supra hac eadem par. c. 2. Habebit igitur vim iuramentum hoc casu dictionis taxatiuæ, vt actus valeat, & non pereat, quo casu, id est, apposta dictione taxatiua, hæres non possit plus petere, secundum comunem opinionem supradictam, quia testator videtur velle residuum legare debitori, & sic non potest dici, quod interuenit error: ita Bar. vbi sup. Si tamen adhuc constaret manifestissime de errore testatoris aliter quam per probationem maioris summæ debite, probando vterius, quod testator credit minorem deberi, & quod noluit reliquum legare, sed errore minorem summam declarauit, adhuc admitterem hæredem, sicut quando testator vtitur dictione taxatiua sine iuramento per supradicta & per dicta à me in d. c. 27. de cond. indeb. prioris partis. Si vero testator vtatur dictione taxatiua & iuramento, tunc non admittetur hæres etiam probans errorem ad petendum residuum, propter satis enixam & geminatam voluntatem defuncti.

Superioribus adde, quod per contrarium confesio in testamento facta in fauorem tertij de debito non probat debitum in dubio, nec ex ea poterit in vita conueniri, quia habet vim tantum simplicis legati, vt in l. Lucius, §. quisquis, ff. de l. 2. nisi dicta confessio sit iurata, vel facta per viam contractus in presentia partis illam acceptantis. Et hæc est vera & comunis resolutio, vt constat ex Alex. cons. 133. n. 18. vol. 2. fol. 226. & ex Auend. 2. par. c. 29. n. 10. & seq. fol. 248. sequitur idem Alex. cons. 45. n. 4. & 5. vol. 1. fol. 42. & Steph. Aufser. in dec. 211. in fin. Cap. Thol. in gl. Vnde infertur non bene dixisse Rebuff. in 1. tom. ad constit. Gallie. in tr. de schedul. & obrogat. recog. art. 2. nu. 45. fol. 214. dū existimat, quod si quis constituitur in testamento se debere centum, & postea reuocet testamentum, centum poterunt peti, quia dicitur quidam quasi contractus, quia non reuocatur sublatio testamento, vt in l. hæres palam, §. ff. de testam. Sed hæc ratio non est vera, quia confessio suprad. facta in testamento non est contractus, nec quasi, nisi quando pars est præsens & acceptans, alias deficiente iuramento est & habet vim simplicis legati secundum comunem opinionem supradictam & contra opinionem Rebuffi, licet eum non referat, tenet Tirac. de privileg. caus. pia. prin. 117. vbi limitat cū Ang. & alius fauore causæ piæ, licet referat alios contrarij tenentes.



D. IOANNIS GVTIERREZ, IVRISCONSULTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS Almæ Ecclesiæ Ciuitatensis, PARS TERTIA.

TRACTATUS DE IVRAMENTO CONFIRMATORIO, in qua de actibus iudicialibus, siue ad iudicia tendentibus, quibus iuramentum accedit, agemus, quodnam robur præstet eis iuramentum.

SVMMARIVM.

- 1 Prescriptio interruptitur per litem contestationem super actione etiam personali, & actio perpetuatur usque ad quadraginta annos.
2 Citatio sola ad interruptendam prescriptionem statutiariam inducitur ex mero casu negligentis sufficit, & n. 15.
3 Litis contestatio an debeat fieri animo proseguendi ad hoc, ut actiones temporales fiant perpetuas.
4 Iuramentum decisorium perpetuat actionem, ubi cuncte per litem contestationem perpetuatur, alias secus.
5 Actiones decem vel viginti annorum, sicut illæ quæ triginta durabant annis, perpetuatur in quadraginta annos per litem contestationem vel iuramentum decisorium.
6 Iuramentum decisorium extraiudiciale habet eandem virtutem, ut interruptat prescriptionem & perpetuet actionem in quadraginta annos.
7 Maxime virile esse in fine contractus vel forum in alia scriptura apponi clausulam delationis iuramenti & prestationis ipsius super veritate contentorum in instrumentis.
8 Iuramentum promissorium an habeat eandem virtutem ut interruptat prescriptionem & perpetuet actionem, & n. seq.
9 Prescriptio an tollatur & impediatur per verba apposta in instrumento, Promitto tibi semper, vel quocumque, vel perpetuo, vel omni tempore soluere? & n. sequens.
10 Verbum, Semper, vel perpetuo, intelligitur secundum substantiam materiam, hoc est, secundum naturam & vitam actionis super qua interponitur.
11 Prescriptio exclusiva per legem vel statutum,

- non censetur exclusiva prescriptio longissimi temporis.
12 Prescriptionis exceptio non potest allegari, quando in instrumento vel contractu debitor promisit soluere ante prescriptionem vel postea, quocumque creditor velit illum conuenire.
13 Prescribi potest triginta annis iuri offerendi, etiam si emptor cum iuramento promiserit reuendere venditori, quales venditor offerret sibi pretium, & numer. sequent.
14 Promissio de reuendendo habet vitam triginta annorum.
15 Iuramentum promissorium seu confirmatorium, non impedit prescriptionem debiti in termino l. 6. tit. 15. lib. 4. noua recog. Reg.
16 Textus in cap. si diligenti, ad fin. versic. si vero, de prescript. intellectus.
17 Auilesius arguitur & saluatur eius opinio certo modo intellecta.
18 Auendan. opinio eodem modo saluatur.
19 Didacus Perez, eodem modo est intelligentia.
20 Petrus Duñas de eodem arguitur.
21 Prescriptio seruiri vel alterius debiti, an currat quouisunque famulus, vel alius creditor retinet rem domini, vel alterius debitoris, vel debitori efficitur debitor in totidem? optima questio, & n. seqq.
22 Exceptio præscribitur, quando ideo est exceptio, quia est actio, ut in exceptione compensationis contingit, quia ita æque principaliter per viam actionis, sicut per viam exceptionis.
23 Sublatio iure agendi, est sublatum ius excipiendi, quando ius excipiendi competit, ex quo competit ius agendi, exemplumque assignatur.
24 Prescriptio salarij vel alterius debiti, an interrupta

- rumptur per petitionem extraiudicialem tantum? elegans questio, & num. seqq.
- 26 Vsupacio triennio est mere favorabilis, & ideo non tollitur, nisi per sententiam.
- 27 Denuntiatio extraiudicialis non causat malam fidem.
- 28 Denuntiatio licet ab initio ante ceptam prescriptionem constituat quem in mala fide, tamen post prescriptionem ceptam id minime operatur.
- 29 Denuntiatio extraiudicialis inducit malam fidem contra possidentem sine titulo.
- 30 Denuntiatio extraiudicialis constituit in mala fide, quando fuit expressum tale quid, quod inducit seu inducere debet malam fidem informando conscientiam partiu in facto, puta per ostensionem iurium suorum.
- 31 Superueniens mala fides in quacunque temporis parte interruptit prescriptionem de iure Canonico.
- 32 Prescriptio interruptitur pluribus aliis modis in l. partite expressis.
- 33 L. 3. tit. 13. lib. 3. ord. veteris intellectus.
- 34 Prescriptio non habet locum in parte debiti non soluta, altera parte soluta.
- 35 L. amplius non peti, ff. rem rat. bab. intellectus.
- 36 Interruptio prescriptionis facta contra principalem, an noceat fideiussoři ignoranti & non citato?
- 37 Sententia lata contra principalem, mandatur reuera via executioni contra eius fideiussořem de iudicato soluendo absque nouo processu: quod fecit in fideiussoře contractus.
- 38 Iuramentum decisorium, an sicut perpetuat actionem contra principalem, perpetuet etiam contra ipsius fideiussořem?

CAPVT I.

De interruptione prescriptionis, & perpetuatione actionis.

RIMO est aduertendum, quod per litis contestationem super actione etiam personali interruptitur prescriptio, & perpetuatur actio vsque ad quadraginta annos, à tempore cessationis à lite inchoandos, quæ actio perpetuata ad heredem transit: ita probat textus in l. final. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum, & ibi notat Bald. & Salycet. requirentes expresse ad hoc litis contestationem: quod bene constat ex verbis illius textus, tenet etiam Bartol. in l. fin. in princip. digest. de eo per quem fact. erit, & tenet gloss. in l. cum notissimi, in princ. verbo soluta, in med. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum, sequitur Paulus de Castro in d. l. fin. num. 5. & ibi Iaf. num. 3. ff. de eo per quem fact. erit. qui omnes reprobant gloss. ibi contrarium tenentem, & dicunt prescriptionem triginta vel quadraginta annorum tantum interrumpi per solam conventionem in iudicio factam, vt in l. cum notissimi, in princ. idem tenet Ioannes Orosio, in dict. l. fin. digest. de eo per quem fact. erit. & latissime Roderic. Suarez, in l. post rem iudicatam, in 2. notabil. versic. considera ultimo, num. 3. pag. 246. digest. de re iudic. vbi dicit, quod nulla alia interruptio operatur perpetuationem actionis, nisi litis contestatio, quia alie interruptiones auferunt

omne tempus ante elapsum, & actio manet prescriptibilis secundum suam naturam, iuxta gloss. quam ibi approbat Bald. in d. l. cum notissimi, §. 1. col. 2. & in paragr. imo, in gloss. multo minus, & in versic. interrupta, & gloss. in l. scilicet, C. eodem tit. & tenet Bart. in d. l. cum notissimi, dicens, glossam illam facere ad questionem, quæ occurrit in illa ciuitate, vbi statutum erat, quod creditor, qui non petierit debitum, post decem annos non audiatur: quod si creditor fecit citare debitorem suum, & post citationem transierunt decem anni, quod iste creditor est exclusus: & hanc esse communem opinionem omnium Dd. testatur alios allegans Roderic. Star. vbi supra.

Et quod sola citatio ad interrumpendam prescriptionem statutariam indutam ex mera negligentia non perentis sufficiat, tradit latissime Balb. de prescrip. in 3. part. 6. partis principal. quest. 4. per rotam, vol. 8. tract. distorsor. Doctorum, fol. 69. vbi latissime ampliat & limitat; quem & alios refert Didac. Perez, in l. 3. tit. 13. lib. 3. ordin. col. 2. & 3. in princ. col. 1. & in princ. col. 2. vbi inaduerter dicit perpetuari actionem, & inquit notandum esse perpetuo, quod nunquam per talem citationem interruptitur prescriptio, nisi de tali citatione sit facta relatio iudici per nuntium, & sit in scriptis redacta, & ibi plures allegat ita tenentes: quod etiam tenet Balbus vbi supra, num. 25. Et an attentio iure Canonico per interruptionem causeretur mala fides, ita quod nullo tempore prescriberetur, vide Felin. in cap. illud, num. 10. de prescrip. Et quod per litis contestationem actiones temporales fiant perpetuæ, probat etiam text. in l. aliam, versic. nec enim ff. de nouat. & melior text. in l. nam postea, §. si is qui temporali, ff. de iureiur.

Sed quod hæc iura intelligebat gloss. in cap. placuit, §. el. 2. paragr. prescriptionem, verb. interrupta, §. 6. quest. 3. procedere, quando litis contestatio fuit facta animo persequendi, alias secus: cuius opinionem sequitur Abb. in dict. cap. illud, col. fin. num. 24. de prescrip. & Iaf. in §. penales, col. fin. num. 134. Inst. de act. & Socin. in reg. 308. incip. prescriptio, secunda sententia, & in reg. 304. Sed verior & communior opinio est, vt quocunque animo fiat litis contestatio, efficiatur actio perpetua, vt tenet gloss. in d. l. fin. verb. humanæ, C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum, cuius opinionem sequuntur Faber. & Salycet. ibi, & est communis secundum Balb. vbi supra, versic. circa tertiam, num. 33. fol. 70. dicit communem Couar. in reg. possessor. in 2. part. paragr. 12. num. 4. col. 3. illius num. & dicit Felin. in d. c. illud, quod gloss. contraria non tenetur. Hanc etiam opinionem tenet Iaf. sibi met contrarius in d. l. fin. num. 11. ff. de eo per quem fact. erit. Communem & veriorum supradictos & alios pro & contra allegans testatur Dominus Ant. de Padilla in l. 2. num. 82. C. de seruit. & ag. & plura in hac materia interruptionis per litis contestationem vltra Balb. vbi supra, tradit Couar. vbi supra.

Iuramentum quod decisorium hanc inter alias habet virtutem & vim, scilicet litis contestationis, & ideo perpetuat actionem vbiunque per litis contestationem perpetuatur, alias secus: ita probat textus singularis in l. nam postea, §. si is qui temporali, ff. de iureiur. cuius verba sunt hæc: Si is qui temporali actione mihi obligatus eras, detulerit iuramentum, vt iurem eum dare oportere, egoque iurauero, tempore non liberatur, quia possit licem

litem cum eo contestatam perpetuat aduersum eum obligatio. Ergo sicut per litis contestationem actio perpetuatur in quadraginta annos, vt in dict. l. fin. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum; ita & eodem modo & per iuramentum, vt in d. l. si is qui temporali, vbi in hoc acquiparatur iuramentum litis contestationi: & ibi tenet gloss. Bart. & cæteri Dd. & approbatur expressius hæc conclusio desumpta ex d. paragr. si is qui temporali, in l. 1. §. tit. 13. part. 3. & allegat plures Dd. ita tenentes de iure communi per d. §. si is qui temporali, Gomez in paragr. item si quis postulantem, num. 5. Inst. de act. & ibi præcipue refert hanc conclusionem late probantes Gozadin. Bononiens. in repetit. l. 2. 16. col. C. de post. inter emp. & vendit. & Hippolyde. Matfil. in singul. suis notabil. 1. 41. incip. audistis. Cuius quidem conclusionis ratio est, quia iuramentum habet vim instar iudicij, vt in l. qui in arte paragr. fin. & l. iuror. in fin. ff. de iureiur. l. sed & si res iuratur, §. ex quibus ff. de iudic. ibi, Quia hoc iuramentum in locum litis contestate succedit, & in l. 1. §. tit. 11. part. 3. Item habet vim sententiæ, vt in l. sed & si possessor, §. fin. ff. de iureiurand. Imo maiorem vim habet quam res iudicata, vt in l. 2. ff. eod. Ex quibus omnibus resultat regula verissima, quod in omnibus casibus, in quibus perpetuatur actio per litis contestationem, in illis etiam perpetuatur per iuramentum à parte parti delatam, & non in aliis, in quibus actio per litis contestationem non perpetuaretur: atque ita hanc regulam constituit Bart. in d. §. si is qui temporali, num. 3. & 4. & cæteri Dd. in hac materia loquentes.

Sed quia text. in d. l. fin. C. de prescrip. 30. vel 40. annor. loquitur in actionibus, quæ olim 30. annis durabant, vt hodie per litis contestationem in 40. prorogentur, non illegans dubium est, an idem erit dicendum in iis actionibus, quæ minoris vite sunt, vt puta decem vel viginti annorum, stante scilicet statuto, quod debitum prescribitur decem annis, vel in aliis casibus, in quibus de iure actiones durant minori tempore quam triginta annorum. An vero in his perpetuatio per litis contestationem, vel per iuramentum non ita longa sit? Quam questionem latissime & non minus vtiliter examinat Roder. Suarez. vbi supra, num. 4. & sequent. vbi agens ad partes concludit & probat cum aliis quos refert, vt idem sit hoc casu tenendum, quod in actionibus, quæ durabant triginta annos, vt in omnibus his supradictis tam recentariis, quam in aliis minoris vite actionibus per litis contestationem vel iuramentum delatum à reo actori, inducatur perpetuatio in quadraginta annos, & ibi addit Roderic. Suarez, num. 4. refert Bald. in tract. prescrip. 4. part. 6. partis principalis, questio. 4. dicentem hanc esse communem opinionem & allegantem ad partes.

Secundo, quod principaliter dubitatur in proposito, an supradicta tantum procedant in iuramento iudiciali delato à parte patri, vel procedant etiam in iuramento extraiudiciali? In quo licet olim opinio contraria fuisset, Bart. tamen in d. §. si is qui temporali, n. 5. sequitur opinionem Iacob. Bur. tenentis indistincte contra Gulielm. quod d. paragr. si is qui temporali, habeat locum in quolibet iuramento, tam iudiciali, quam extraiudiciali. Primo, quia non dicitur ibi, nec alibi, quod iuramentum sit litis contestatio, sed quod habeat vim contestationis. Ergo, &c.

Secundo, quia ibi loquitur generaliter, &c. Adde tu tertio, quia si iuramentum perpetuat actionem, quæ à principio erat temporalis, multo magis debet operari, quoad à principio nascatur perpetua: argument. text. in l. parre furiosus, digest. de iis qui sunt sui vel alien. iur. & in cap. quemadmodum, de iureiurand. Et licet de hac opinione maxime dubitauerit aliquibus rationibus à se expressis Gomez in §. item si quis postulantem, num. 5. Inst. de action. dicens, videri modernos in hoc grauitate lapsos esse, & tandem relinquit cogitandum, & allegat Bald. consil. 410. in 4. part. dicentem, quod de iure non cauetur, quod iuramentum habeat istam virtutem, vt actionem temporalem faciat perpetuam: tamen hanc opinionem Bartoli sequitur Paulus in dict. §. si is qui temporali, & testatur communem Iaf. ibi num. 4. quom etiam late probat & sequitur alios plures allegans Roderic. Suarez. vbi supra, num. 1. & 2. vbi etiam Additio allegat Bald. de prescrip. in 6. part. 4. partis principalis, dicentem, quod hanc opinionem sequuntur omnes, & quod hodie hoc est modici effectus, cum mala fides debitoris & eius hæredis, perpetuo impediatur prescriptionem secundum communem opinionem. Sed tu adde, esse maximi effectus, quando prescribens habet bonam fidem, quæ in dubio semper presumitur, potuit enim sic obligatus cum iuramento à se creditori delato extraiudicialiter secreto soluisse, & quia non potest probare solutionem, virtus bona fide prescriptione temporis quadraginta annorum propter supradictum iuramentum. Si autem haberet malam fidem, fateor quidem quod nullo tempore prescriberetur, vt in reg. possessor. de reg. iur. in 6. in cap. fin. de prescrip.

Ex quibus supradictis in hac secunda questione inferretur, esse multum vtile in fine contractus vel eo absoluto, seorsim apponi in alia scriptura clausula huiusmodi. Et quia de prædictis possit aliquod dubium esse, ad maiorem veritatem & omnem licentiam, quæ possit oriri, amputandam, dictus debitor detulit iuramentum creditori super contentis in instrumento, qui creditor iurauit, eum sibi dare oportere & obligatum esse, prout instrumento continetur, nam iste contractus habebit paratam executionem, vt tenet Bart. in l. 2. ad fin. digest. de iureiurand. dixi late supra in 1. part. cap. 62. Item & eius actio temporalis perpetuabitur in quadraginta annos per supradicta. Ita colligitur ex Bart. in d. l. si is qui temporali, in fin. num. 6. & sequuntur omnes, secundum Iafon. ibi num. 5. qui dicit ex Imol. quod iste est mirabilis effectus iuramenti. Hanc etiam opinionem sequitur plures allegans & consulens, vt semper apponatur clausula hæc in fine contractus vel absoluto, seorsim in alio. Rod. Suarez. vbi supra, num. 2. & 5. dicens se iam fecisse apponi dictam clausulam in instrumento magne importantiæ, & ibi etiam Additio inquit Caue tamen ab hoc consilio in casibus, in quibus est prohibitum iuramentum iuxta dict. Lordinamenti Toleri. Hanc etiam opinionem testatur communem Gregor. Lopez. in d. l. 14. tit. 11. part. 3. gloss. fin. Ego idem affirmo quod Additio Roderic. Suarez. vbi supra. Erit igitur vtile apponi dictam clausulam in contractibus aliis, vbi licite apponi potest iuramentum.

Tertia quæ præcipua questio in proposito est, an supradicta habeant locum & procedant

eriam in iuramento promissorio seu confirmatorio contractus, nam vt visum est, tantum loquitur in iuramento decisorio delato à parte parti ex earum conuentione, vt clare constat ex dict. *paragr. si is qui temporalis, & ex dict. l. Regia, 14.* Nam si ad iuramentum quoque confirmatorium ea iura extenduntur, maximi effectus erit, magnaue virtus iuramento attribuetur. Hanc etiam questionem late examinat Roderic. Suarez. *vbi supr. numer. 6.* dicens, quod in hoc multo moderniorum scribentium decipiuntur, quia loquuntur & referunt generaliter conclusionem supradictam communem Bart. dicentes, quod vbi est debitum iuratum, non tollitur præscriptione communi vel statutaria, & tandem pluribus rationibus iuridicis tenet & concludit, quod supradicta communis opinio Bart. non procedit in hoc iuramento confirmatorio contractus, & sic quod contractus iuratus per debitorem ad confirmationem vel inchoationem ipsius, non habeat supradictam prærogatiuam, vt per iuramentum illud in eo appositum perpetuetur octio in quadraginta annos. Et quia articulus hic difficilis est & maxime vtilis, referam eius præcipua fundamenta breuiter. Primo, quia *tex. in dict. l. si is qui temporalis, & Dd. (Adde tu & d. l. 14.)* loquuntur in eo casu, quo per debitorem fuit delatum iuramentum creditori, qui iuranti, sibi dari oportere, & sic non debemus recedere à verbis legis, maxime in casu speciali à iuris communis regulis extorribante. Secundo, quia vbi debitor iurat soluere, intelligitur, nisi aliquo casu excusetur, vnde non obstante iuramento, nihilominus poterit opponere exceptionem non numeratæ pecunie, quia regulatur iuramentum secundum naturam contractus, cui adicitur, *vt in l. fin. cum similib. C. de non numer. pecun. & in iuramento intelligitur tacita conditio, quæ in ipso contractu, iuramentum interpretatur secundum ius, vt in dict. l. fin. & in cap. venientes, de iureiurand.* Ergo si debitor iurat soluere, inest tacita conditio, nisi per decennium non perierit creditor, secundum leges huius Regni, quia tunc auctoritate eorum non obligatur soluere.

9 Tertio per dictum Bald. in l. 1. ad fin. digest. fol. marimon. dicens, quod si promisi tibi semper soluere, nihilominus possum opponere exceptionem præscriptionis per dict. l. 1. in rebus, C. de iure dot. & per text. singularem, in l. in cognitione, iuncta gloss. verb. accusare, ff. ad Syllan. vbi textus dicit, *Semper accusare permittitur*, exponit gloss. viginti annis, sicut est statutum tempus cæteris criminibus per l. que velam, Cod. de falsi. pro quo allegat Roderic. *vbi supr.*, alios Dd. præcipue eundem Bald. in l. quod si nolit, *paragr. si quid ita venierit, digest. de adilit. edit.* Sed antequam ad quartum & vltimum fundamentum Roderic. Suarez. in hac sua opinione principali veniam, circa hoc tertium, quia vile est in practica, aliquantulum incidenter in istam. Nam inuencio, quod Doctor Auiles in cap. 10. *prator. verb. exsecucion. in fin. illius gloss.* tenet in effectu contrarium eius, quod Roderic. Suarez. tenet in hoc tertio fundamento. Nam inquit Auiles, quod l. Regia ordinamenti, quæ probat debitum præscribi decennio, non procedit & fallit, & si in contractu vel obligatione apponitur verbum, *Quandocunque*, vel verbum, *Perpetuo*: quia tunc non currit præscriptio, vt tenet Bald. in l. quod si nolit,

*paragr. si quid ita venierit, ff. de adilit. edit. in l. 1. antiq. dicendo, quod si statutum dicit, quod instrumentum, quo quis non est vltus infra decennium, postea non mereatur exsecutionem, quod si debitor in instrumento dixit, quod volebat quandocunque posse compelli, quod non currit dicta præscriptio. Et inquit Auiles: quod nota, vt ponantur dicta verba in instrumentis obligatoriis, scilicet: Promitto soluere ad talem diem, & postea quandocunque possim compelli ad soluendum. Quia hoc casu secundum ipsum non procederet præscriptio, de qua in dict. l. Regia. Vides igitur quomodo hi Dd. sibi inuicem aduersari videantur, & quod magis est, vnusquisque allegat pro se Bald. in dict. *paragr. si quid ita venierit. Quid dicendum? Reliquum est, vt videamus Bald. in d. paragr. si quid ita venierit, cuius horum opinionum patrocinetur. Et certe Bald. ibid. licet ex illo text. primo notet, quod vbi in promissione apponitur verbum, Quandocunque, vel verbum, Perpetuo, nunquam currit præscriptio statutaria vel legalis, postea tamen format questionem motam per Auiles *vbi supr.*, dicens: Et inducatur de facto ad questionem: Dicit statutum, quod instrumentum, quo quis non est vltus intra decennium, postea non meretur exsecutionem: modo in quodam instrumento debitor dixerat, quod volebat quandocunque posse compelli, vtrum currat ista præscriptio? allegat iste §. quod non, postea Bal. in *quæst. supradicta* allegat in contrarium dicens, quod ista verba generalia non derogant statuto, & quod *tex. ibid.* loquitur in præscriptione duorum mensium, quæ non est introducta odio negligentis, sicut nec rethibitoria & quanto minoris, & ideo potest ei renuntari: vel *ibi* erat promissio conditionalis, si displicuerit, & ideo non currit præscriptio. Finaliter inquit Bald. quod fuit determinatum, quod instrumentum mereretur exsecutionem: sed non solum per illum text. sed per alias causas. Et ita se habent verba Bald. quamuis ea referat Capolla *ibi* cum negatiua, quod non mereretur exsecutionem: Ergo supradicta verba apposita in instrumento impediunt præscriptionem statuti, seu legis Regiæ deconaleme introductam odio negligentis. Ex quibus colligitur; potius Baldum patrocinari Auilesio, quam Roderic. Suarez. quamuis possint supradicta verba Bald. retorqueri contra Auiles, dum Bald. inquit, quod in casu illo fuit determinatum, quod instrumentum mereretur exsecutionem, non per illum text. sed per alias causas, & sic videtur sentire, quod supradicta verba apposita in instrumento de per se solum non impediunt præscriptionem statuti, nisi aliis causis interuenientibus. Quicquid sit, ego difficile esse hunc articulum iudicari, adhuc melius nunc perpenfis rationibus, quæ pro vtraque opinione faciunt, verior em esse existimo de iure hanc opinionem supradictam Rod. Suar. vt quamuis in instrumento quarentigio debitor obligetur ad soluendum debitum, semper perpetuo & quandocunque possit compelli ad soluendum, nihilominus possit vri remedio præscriptionis per tempus à iure Regio concessum, dum tamen id bona fide fiat per supradicta, quam etiam opinionem tenet in terminis, etiam si dicatur semper, omni tempore, & perpetuo quandocunque, vel similibus Bald. in supradictis duob. locis, & alios Dd. allegans Tiraquel. *retract. tit. 1. §. 1. gl. 10. num. 34 fol. 72.* Pro qua opinione allego**

allego expressam gl. in l. nam Imperator digest. de legib. quæ exponit dictionem *Perpetuo*, *ibi* positam, id est, de decennio, & text. in *Laduersu. verb. semper, iuncta gl. verb. certos annos, C. de usur.* Ex quibus Bald. & Salye. *ibi*, in fin. notant, hanc dictionem verificari in triennio & decennio & viginti annis, & refert alios Dd. ita tenentes in dictione *Semper, perpetuo*, & aliis similibus; idem Tiraquel. in d. *tract. de vtroque retract. tit. 2. §. 1. gl. 2. n. 8. pag. 278.* & idem *ibid.* num. 10. vbi expresse loquitur in nostris terminis, scilicet, quod dictio, *Semper*, non tollit præscriptionem, & plures ita tenentes allegat, & bene id probat iuris & rationibus. Et quod dictio, *Quandocunque*, non excludat præscriptionem 10. annorum, tenet cum Bald. & aliis contra alios Boer. *de off. 183. num. 3. & 5. Cou. lib. 1. Var. cap. 9. num. 4.* & expresse cum Bald. in duobus locis *supra* adductis tenet hanc opinionem nouissime Hugo Celsus. *consil. 61. num. fin.* vbi refert se latius dixisse *supra, consil. 26.* Eandem sententiam in pacto de retrovendendo cum prædicta dictione, *Quandocunque*, vt hoc non obstante, præscribitur eidem 30. annis, testatur communem & magis communem ex testimonio aliorum quos refert Ant. Gabr. *lib. 5. com. opin. conclus. 6. de præscript. pag. 305. col. 2. num. 1. & seqq.* præcipue n. 1. vbi & in *num. seqq.* aliquibus modis limitat, & eam sequitur alios allegans D. Tiber. Decian. *consil. 13. num. 59. vol. 2.* loquens etiam in iuramento interposito super pacto de retrovendendo.

10 Pro t quæ opinione etiam facit, quia verbum *Semper, vel perpetuo*, intelligitur secundum substantiam materiam, hoc est, secundum naturam & vitam actionis, super qua interponitur. Nam si verbum *Perpetuo*, adiciatur actionibus, quæ 30. annorum vitam habent, intelligitur perpetuo, id est, 30. annis, vt probatur in actionibus ciuilibus, quarum natura est, durare per 30. annos, vt in l. *scius, & in l. omnes, cum similib. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* & tamen appellatur perpetue, vt in rub. & in princ. *Instit. de perpet. & temp. act. & ibi* notant gloss. & Dd. Et ita est intelligenda gloss. in l. *unic. gloss. 1. in verbis sin autem essent in potestate, C. quando non pet. part. & c.* quæ dicit & probat, quod ius immiscendi in suis durat perpetuo. Nam cum iure statutum sit, secundum gl. & magis communem sententiam Dd. in l. *licet, C. de iure delib.* & in aliis pluribus locis, quod ius immiscendi præscribitur triginta annis, verbum *perpetuo*, quo in proposito vtitur gloss. in dict. l. *unic.* intelligi debet, id est, triginta annis, quia tanto tempore durat ius immiscendi in suis per supradicta. Et ita in terminis tenet & intelligit Alexand. in d. l. *unic.* & Roderic. Suarez. in l. 8. tit. de las herencias, lib. 3. *for. leg. num. 44. & seq. præcipue n. 50. pag. 454. post repetit. eiusdem:* & facit in proposito optima gloss. in cap. *ea enim, §. perpetua, verb. perpetua, 10. quæst. 2.* quæ exponit verbum *perpetua*, id est, vltque ad triginta annos, vt *Instit. de perpet. & temporal. act. vel perpetua*, id est, quamdiu viuunt, vt in l. 1. ff. pro soc. & in cap. *precarie, eadem causa & questione*, vel perpetua, id est, quamdiu pensio soluitur, vt in §. *adeo, Instit. locat.* sicut excommunicatio dicitur perpetua, id est, quousque peccet, vt in cap. *quia, 10. quæst. 1. & c. de vidui. 26. quæst. 1.* Ex qua gloss. optime constat, quod perpetuum dicitur secundum naturam actionis siue actus cui interponitur, hoc est, secundum substantiam materiam iuxta

regulam vulgatem l. *si vno, cum similib. digest. locat.* & in terminis huius dictionis, *Quandocunque*, probat, & tenet cum Bal. & Carol. Quæ quos refert Tiraquel. in d. *tract. de vtroque retract. tit. 2. §. 1. gloss. 2. num. 9. fol. 278.* & idem *ibi, num. 10.* in dictione *semper*. Ergo ita in proposito est dicendum, vt licet quis obligetur in instrumento quarentigio supradicto modo, adhuc possit remedio legitimo præscriptionis vri, bona tamen fide, quia verba supradicta, *semper, perpetuo & quandocunque* intelligi debent, id est, per tempus à iure præscriptum ad petenda debita, & non vltra, per supradicta: quod præcipue procedit hodie in nostro regno respectu iuris exsecutiui, quod lege Tauri præscribitur decennio, nam illud præscribitur etiam mala fide, vt dixi in rep. l. *nemo potest, num. 205. digest. de leg. 1.* quia sublato iure exequutiuo remanet debitum, & potest peti alia via, scilicet, ordinaria, quo attento in hoc iure debito præscribendo bona fide per tempora à iure Regio constituta. Eandem etiam opinionem tenendam esse arbitror, vt *suprad.* verba obligationi apposita, siue solutioni, *semper, quandocunque*, vel *perpetuo*, & simil. non impediunt præscriptionem legum Regiarum, quamuis contrarium teneat Angel. & Fulgos. relati per Capol. *vbi supr.* qui eos videtur sequi, quos etiam sequitur late agens Barbat. *consil. 51. num. 7. & 8. lib. 1.* vbi allegat bonum text. in c. 2. de feud. dat. in vic. l. *commis.* vbi illa verba, *Quandocunque*, excludunt præscriptionem, & idem Barb. *consil. 9. num. 21. & seq. lib. 3.* vbi idem tenet, quando debitor promittit soluere, & omnia in instrumento contenta seruare, & in nullo contra facere vel venire ad omnem petitionem & voluntatem creditoris. Eandem sententiam tenent alij relati per Ant. Gabr. *vbi supr. n. 6.* vbi refert Chassan. *consil. 11.* & in consuetud. Burg. *suprad.* latissime examinantem & dicentem, ita fuisse iudicatum, & hoc esse verius & communius. Et quamuis olim, non ita examinans sicut nunc rem hanc, tenerim opinio. Auiles in l. *nemo potest, n. 475. ff. de legat. 1.* quæ licet sustentabilis sit & teneri posset, magis tamen placet nunc contraria opinio supradicta ex prædictis fundamentis & rationibus.

Et ita ex supradictis remanet bona declaratio & ampliatio ad ll. huius Regni inducentes præscriptionem debiti per certum tempus, de quibus statim ageamus, vt procedant, etiam si præmodo debitor obligetur, dum tamen præscriptio bona fide allegetur modo, quo dixi in d. *nemo potest, num. 204. & seq.* Item etiam, nisi præscriptioni renuntietur, quia tunc non habebit locum præscriptio, vt *ibidem* late dixi *super 19. Bart. 2. part. num. 468. & sequentibus.*

Adde tamen, quod et si lege vel statuto excludatur aliquo casu præscriptio, nunquam tamen censetur exclusa præscriptio longissimi temporis 30. vel 40. ann. vt in rebus prohibitis alienari, quæ etiam prohibentur præscribi, tradit Paul. de Cast. in l. *fin. paragr. penult. C. communia, de leg. cuius est communis opinio, secundum Ferdinan. Loaz. in l. *si iura, §. diui, n. 191. ff. de leg. 1. & Carol. Mol. ad Alex. consil. 29. vol. 3.* & secundum Menech. de success. creat. §. 26. n. 124. sequitur alios allegans*

Rolà Val. *confil.* 3. *num.* 85. & 86. *lib.* 1. Et dictam opinio. Paul. sequitur, & plures referens dicit receptam Arias Pinel. *in authent. nisi tricenale.* n. 2. 2. *C. de bon. mat.* quamvis contrarium teneat Ant. Gomez. *in l. 40. Taur. num.* 90. vbi agit, quomodo intelligenda sit doctrina illa Pauli: sed an renuntiare quoque possit prescriptioni longissimi temporis, dixi late *in d. l. nemo potest, super d. 1. q. Bart. 2. partis.*

12. Tertio ꝑ supradicta nostra principalis opinio limitatur, quando in contractu debitor promittit ante prescriptionem & postea. *Quandocumque* creditor velit illum conuenire, secundum Angel. *in dicit. paragr. si quid ita uenerit,* quia tunc secundum ipsum non habet locum prescriptio: quem refert & sequitur *ibi* Capol. n. 3. hoc intelligens secundum ipsum Angel. in qualibet prescriptioe inducta in defectum promissionis hominis, cui potest renuntiare *vt ibi*, scilicet in inducta merito odio negligentis, quia illud non potest renuntiare. Tandem le remittit ad notata per Bart. & Dd. *in d. l. nemo potest,* vbi ipse late dixit, an pacto renuntiare possit prescriptio. Et tenui posse inspecto iure canonico seruando in utroque foro, *lib. sum* videndus, *d. num.* 408. & seq. Et opinio. supradictam Ang. sequitur Barbat. *confil.* 51. *num.* 10. *vol.* 1. & cum his remanet expeditum tertium fundamentum Roderici Suar. *in suprad.* 3. *q. principalis circa intellectum* *text. in d. paragr. si is qui temporalis,* dum probare nititur, non habere locum illum text. in iuramento promissorio seu confirmatorio contractus. Hanc etiam limitationem sequitur Pet. Rebuff. *in 2. tom. super confil. Regias, tractatu de mercat. minut. artic. 1. gloss. fin. num.* 6. *fol.* 232. vbi idem dicit esse, si conueniat, quod finita prescriptio iterum debet incipiat.

13. Quartum ꝑ & præcipuum fundamentum Roder. Suar. *vbi supra,* est ex doctrina Ang. *in confil.* 54. *alias 55. incip.* Guillielm. *ad fin.* vbi dicit, quod si emptor promissit reuendere, quoties venditor offerret sibi pretium, & iurauit adimplere, & sic dicta promissio fuit facta cum iuramento, nihilominus triginta annis potest prescribere huic iuri offerendi: nec obstat iuramentum secundum eum.

14. Quia ꝑ cum promissio de reuendendo habeat solam vitam 30. annorum (vt etiam tradit tripliciter limitans & referens alios tenentes, quod durat 40. annis, Gregor. Lop. *in l. 42. tit. 5. part. 5. in gl. quando querit,* & hanc testatur veram & communem, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo ex testimonio Balbi, & alios plures allegans Ant. Gom. 2. *tom. c. 2. num.* 28. licet ipse teneat, quod perpetuo duret: communem etiam appellat eandem opin. plures referens Didac. Perez. *in l. 2. tit. 13. lib. 3. ordin.* vbi sequitur opin. Anton. Gomez. cum aliis, quos etiam refert pro ea, dicens esse æquiorum suam opinionem, & conscientie tutiorem, quando conuenit fuit, vt quandocumque peteretur, retrotraheretur: de quo etiam est videndus Boërius *vbi supra, d. decis.* 182. tenens contra communem, & Rebuff. *in l. vnic. in 1. notab. num.* 53. *fol.* 360. *C. de sententiis qua pro eo, &c.* vbi late pro & contra, & ideo videndus omnino est, & latissime Couar. *lib. 8. var. resol. c. 9. num.* 1. & seq. Et habet tacitam conditionem pactum hoc secund. eundem Ang. si reuenditio petita fuerit, ita etiam iuramentum habet eandem naturam, iuxta *text. in l. fin. C. de non num. pec. cum similib.* Et hanc Ang. opi-

nionem vltra Roderic. Suar. *vbi supra* late probat & refert plures eam sequentes, dicens esse veriorum & communiorem & tenendam in iudicando & consulendo ex testimonio Francisci Balb. Andr. Tiraq. *vbi supra, in d. 2. tit. 5. l. 2. n. 7. & seqq.* qui omnino est videndus: hanc etiam testatur communiorem & communiter in curiis seruari Boërius *decis.* 182. *num.* 4. & 7. vbi seipsum in aliis duobus locis refert, & alios plures Dd. idem tenentes, & ipse quoque eam sequitur contra alios quos refert: sequitur etiam Rebuff. *vbi supra, num.* 55. Et hanc opinionem esse communem ex testimonio Soc. & Boërii testatur Couar. *lib. 1. var. resol. c. 9. num.* 6. vbi limitat cum Alex. Fel. Alciar. & Gerar. & Rod. Suar. *vbi supra,* vt hæc communis opinio intelligatur, vbi iuramentum tendit ad promissionem simplicem ipsius redemptionis & pacti, scilicet verò in iuramento quod præstitum fuerit in ipsius prescriptiois expressa renuntiatione. Nam illud sane impedit 30. annorum prescriptioem secundum supradictos, & secundum Ant. Gabriel. alios referentem *vbi supra, numero* 13. licet adhuc in hoc vltimo casu in hac prescriptioe triginta annorum pacti retrotrahendi, contrariam opin. dicat veram & communem Boëri. *vbi supra, num.* 9. Ego vero præcedentem limitationem probò, cum etiam absque iuramento possit renuntiare prescriptioe, maxime de iure canonico in foro ciuili etiam seruando, vt dictum est *supra*, ergo à fortiori cum iuramento. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposta nostra principali questione, quod iuramentum confirmatorium, cum debeat intelligi secundum naturam actus, super quo interponitur, non impedit prescriptioem, nisi quando expresse ei renuntiat. Eandem Angel. opin. testatur communem, etiam adit verbum, *scilicet quoties.* Et *quandocumque*, nouissime Celsus Hugo *confil.* 58. *num.* 16. & *confil.* 61. *num.* 4. & *confil.* 64. *n. 5.* vbi sequitur limitationem Fel. *in d. rub. de prescri. fallent. 4.* & alio modo limitat, & ideo est videndus. Eandem Angeli opinio. sequitur alios allegans & dicens, quod potest dici in hoc puncto propter auctoritatem illorum, quod sit communis opinio, vt in proposito iuramentum non impedit prescriptioem 30. annorum. Marian. Soc. lun. quem & alios referens etiam testatur communem. Sed contra eam tenet alios plures referens, & probat Rolà Val. *confil.* 25. *per totum lib.* 2. *vbi num.* 30. dicit hanc secundam videri magis communem: sed vt dixi, teneo præcedentem opin. Hanc eandem sententiam, siue appositum sit iuramentum siue non, optime & latissime probat, dicens esse communem & magis communem, infinitos auctores pro ea referens hoc testantes, & non esse recedendum ab ea in iudicando & consulendo, D. Tib. Decian. *confil.* 13. *num.* 45. *cum seq. vol.* 2. & *num.* 56. *cum seq.* late probat id à fortiori procedere in prescriptioe 40. & 50. annorum: communis est etiam secundum eundem Decian. *confil.* 87. *num.* 4. & *seq. vol.* 2. His igitur quatuor fundamentis verissima redditur opinio principalis Roderic. Suar. *vbi supra*, scilicet, quod iuramentum confirmatorium præstitum super contractu debiti non impedit prescriptioem legitimam à iure communi vel Regio inductam, nec perpetuet actionem ad 40. annos, sicut facit iuramentum decisorium delatum auctori seu creditori ex conuentione partium, nisi quando renuntiatum sit expresse prescriptioe, vt *supra* dictum

dictum est etiam absque iuramento attento iure canonico, quod habet, vt possessor malæ fidei vltimo tempore non præscribit. Hanc eandem principalem opinionem. Roder. Suar. sequitur & approbat expresse Couar. *vbi supra, n. 7.* vbi respicit opinio. Aymonis, Socin. & Ludouic. Gozad. quos ipse *ibi* refert, tenentium contra supradictam communiorum opinionem, scilicet, quod etiam si iuramentum ad promissionem & pactum redimendum pertinet, necessaria sit 40. annorum prescriptio ea ratione, quod iuramentum perpetuum efficit actionem ad 40. annos, et si ea alioqui temporalis sit, per *d. l. nam postea, §. si is qui temporalis, ff. de iur. iur.* Et *ibi* Doct. Quibus verbis præfati tres Dd. refert per Couar. *vbi supra*, non solum tenent contra suprad. communem sententiam, sed etiam sentiunt procedere *d. §. si is qui temporalis,* cum materia in iuramento confirmatorio, quod est contra opin. veriorum Roder. Suar. & Couar. *vbi supra* Sed, vt *supra* videmus, opinio nostrorum Hispanorum verissima est, quia *d. §. si is qui temporalis,* & *l. Regia supra* allegata cum ea concordans tantum loquuntur in iuramento conuentione partium delato creditori vel auctori, & non potest intelligi in iuramento confirmatorio, per supradicta. Et ita residuo cum hac opinione aduersus cæteros contrarium tenentes.

Nec obstat, si quis nihil obicit, me ipsum *supra* in 8. *part. huius tractatus cap.* 62. tenuisse contra Ias. Rod. Suar. & alios, scilicet, non tantum iuramentum decisorium habere exsequutionem paratam, sed etiam iuramentum confirmatorium, licet iura & Doct. in illo proposito loquentes tantum agant in iuramento decisorio, sicut loquuntur in nostra materia interuentionis, prescriptiois & protogationis & perpetuationis & actionis temporalis in 40. ann. Nam respondeo diuersa quidem meo iudicio hæc esse, quia quod iuramentum confirmatorium exsequutionem habeat paratam, sicut decisorium, plures rationes probant, quas ibidem adduxi, & nullam illarum id contradicit, quod fecus est in materia nostra perpetuationis per *supra*. Et ideo vnum quodque horum tenendum est in suo casu, quia diuerso iure fundantur.

15. Ex ꝑ quibus omnib. dictis in hac 3. quest. principali iam clare infertur intellectus *ad l. 3. tit. 13. lib. 3. ordinam. vet.* que præcipit, vt debitum & actio personalis præscribitur decennio, & nouissime *ad dicit. l. 6. tit. 15. lib. 4. noua recopilat. Regia,* qua cauetur, vt actio personalis & exsequutoria lata super ea, præscribitur 20. annis, non obstante d. l. priore disponente præscribi decennio, vt hatum legum decilio procedat, etiam si debitor iurauerit soluere debitum, quia iuramentum huiusmodi confirmatorium (nisi sit decisorium delatum à debitore creditori per *d. §. si is qui temporalis,* & commun. opinio Bar. *supra*) non habet vim litis contestationis nec perpetuat actionem nec impedit prescriptioem, sed intelligitur secundum naturam contractus, cui interponitur, secundum opinio. Rod. Suar. & Couar. *vbi supra*, bene probatam & fundatam. Nec obstat si dicatur, etiam iuramentum decisorium, de quo *in d. §. si is qui temporalis & communi,* habet tacitam conditionem, quia licet hoc verum sit, est tamen diuerso modo, cum illud sit litis decisium, habens vim litis contestationis ex d. delatione, licet non tollat in totum prescriptioem, sed perpetuet actionem in 40. annos, sicut litis contestatio

& sententia; quod non est vbi debitor iurauit soluere, quia tunc simpliciter sine aliqua qualitate inest ei tacita conditio, si intra tempus à iure præfixum petatur, nec ex hoc alteratur natura prescriptiois, secundum Angel. & sequaces *vbi supra*. Hanc opin. principalem in terminis constitutionis Regiæ Gallicæ, vbi præscribitur mercatoribus minutariis & famulis pro debitis suis & salariis percendis certum tempus, tenet expresse Rebuff. *in 2. tom. super confil. Reg. tit. de mercator. minut. artic. 1. gl. fin. n. 9. fol.* 233. & iterum *in tractatu de famul. salar. gl.* 10. *n. 3. fol.* 243.

Nec ꝑ supradictis omnibus obstat *text. in cap. 16. si diligenti, ad fin. in vers. si vero, de prescrip. vbi* non valet prescriptio contra iuramentum præstitum de seruando iure & honore sedis Apostolicæ, quia *ibi* loquitur in iuramento de non acquirendo aliquid, nam acquirendo constituitur in mala fide, & venit contra iuramentum, nos vero loquimur in iuramento, quod quis facit de soluendo & non veniendo aduersus contractum, in quo subintelligitur tacita conditio, scilicet, nisi elabatur tantum tempus, quod aliter sit exclusus prescriptioe. Secundo, quod *in d. cap. si diligenti,* erat mala fides, vt patet ex *text. ibi, Scilicet obtentum, & iterum ibi Bona fides, dum text. probat,* ideo *ibi* non habere locum prescriptioem, quia in prescriptioe rerum ecclesiasticarum bona fides & titulus requiritur: ergo mala *ibi* interuenit, nos vero loquimur de prescriptioe bonæ fidei, & ita his modis *text. illum* intelligit Rod. Suar. *vbi supra, ad fin. 2. notab.*

Vnde ꝑ inferitur primo, non bene intellexisse materiam hanc Auiles *in d. c. 10. prætorum, in gl. execution. n. 69. fol.* 147. dum simpliciter & indistincte dicit & tenet, quod instrumentum iuratum mittitur exsequutioni, licet tempus decennij sit transactum, & hoc modo limitat dictas leges Regias, imò minus bene, dum expresse, hanc suam limitationem illatam legum procedere, quando debitor iurauit soluere. Nam, vt *supra* dictum est late, hoc tantum habet locum, quando iuramentum est præstitum per creditorem vel actorem ex delatione rei, non vero quando reus iurauit soluere. Et ex eo constat lapsum fuisse prædictum Doctorem, quia remissiones, quas *ibi* allegat ad suam opin. loquuntur & fundantur in casu *d. §. si is qui temporalis,* & doctrina Bart. communiter approbata supradicta, & sic in iuramento decisorio præstito per creditorem vel actorem ex delatione debitoris vel rei, vnde non licuit eas remissiones allegare ad casum iuramenti præstiti à debitore de soluendo debito, & non veniendo aduersus contractum, quia hoc nõ dicant præd. remissiones, nec verum est, *vbi supra* visum est. Et ideo Auiles saluandus est in iuramento decisorio delato à parte partii, secundum quotas, quas allegat.

Et eodem modo intelligendus est Auend. *in 2. par. c. 30. præc. n. 14. in vers. item d. l. 3. fol.* 258. dum dicit, quod *d. l. 3. Regia* non habet locum, si in contractu contra quem prescriptio decennalis pretenditur & allegatur, esset interpositum iuramentum in casibus, vbi poni potest, nam propter iuramentum non currit prescriptio, vt notat Ias. *in l. is qui temporalis, ff. de iur. iur. col. 1.* Hæc ille: voluit allegare Ias. *in d. l. nam postea, §. si is qui temporalis,* Nam Ias. *ibi* idem loquitur expresse in iuramento præstito per creditorem ex declaratione debitoris: & de hoc debet intelligi Auenda.

non vero de iuramento confirmatorio per supra dicta.

19 Eodem t̄ etiam modo est intelligendus Didac. Perez in d. l. 3. tit. 13. lib. 3. ord. col. 11. 36. qui eandem limitationem tenet ad d. l. Regiam, dicens esse communem plures Da. allegans, scilicet, vt non procedat, quando obligatio esset iuramento firmata, per d. s. si is qui temporali, & quæ ibi notant Dd. & alibi, nec declarat, quis debet præstare hoc iuramentum, nam debet intelligi in iuramento præstito à creditore ex declaratione debitoris, quia in his terminis loquuntur iura & Dd. per eum allegati. Vbi aduertit, quod in nostro Regno, nec Lusitaniz non est ponendum in iuramento iuramentum in contractibus per tabelliones sub pœnis contentis in legibus Regis vtriusque Regni per eum ibi allegatis: Non tamen mihi placet opinio eiusdem ibidem, dum existimat, dictam limitationem de iuramento esse intelligendam, si iuramentum tendit circa renuntiationem præscriptionis future, non alias, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur, per l. fin. C. de non numer. pecun. secundum Fel. in rub. n. 15. de præscript. Nam dictum illud Fel. loquitur in iuramento confirmatorio contractus, in quo bene dicit Felin. vt supra declaratum est, nos vero agimus de iuramento decisiuo, in quo vera est indistincte communis opinio.

Et ideo multum est aduertendum, tam in theoria quam in practica, vt intelligamus materiam hanc supra dicto modo, nam, vt videmus, aliquantulum labuntur moderni indistincte intelligentes, quod euenit iuramentum habere supradictam virtutem litis contestationis & perpetuationis in 40. annos, imo id expriment aliquando inaduerterent in iuramento confirmatorio, quod non est verum per supradicta. Et æquum est, vt iuris professores semper aduertant, in quibus casibus iura & Doctores scribentes loquuntur ne inaduerterent, & sic contra ius & debitum conscientie extrahat ea à suis terminis.

20 Secundo t̄ ex supradictis inferitur, magis cauendum esse Petrum Duenas in regula 306. limitatione 2. qui inter alias plures limitationes 1. scilicet, quas in d. regula ponit ad c. 157. de Madrid. ann. 1528. quo disponitur, quod salarium famulorum præscribitur triennio, postquam famulus exiit à seruitio domini sui, & hodie est l. fin. tit. 15. lib. 4. non recop. Reg. illam præcipuam assignat, quando dominus iuravit solvere, quia iuramentum perpetuat actionem, vt in l. nam & postea, §. si is, qui temporale ff. de iureiuran. & allegat plurimos Doctores. ita tenentes inter quos Roderic. Suarez, & Marcum Ant. Bauer. in tract. de viri. & virib. iuram. priuileg. 29. num. 42. Nam reuera text. & Doct. quos ipse allegat, non loquuntur in iuramento debitoris, sed in iuramento creditoris delato à debitore, vnde non debuit limitare d. l. Regiam, quando dominus iuravit solvere famulo, sed quando famulus ex delatione domini iuravit sibi dari oportere, vt in d. s. si is qui temporali, iuncta doctrina Bart. communiter approbata Ideo aduertatis ad supradictos Doctores modernos, ne vos decipiant, quia nulli Doctore fidendum est, nisi vis prius eius allegationibus, sæpe enim iuxta ingeniorum suorum vires materias aliter intelligunt, quam ipsæ reuera decantent.

Sed quia dictæ leges Regiæ loquentes de præscriptione salarii famulorum, & alterius debiti,

sæpe in practica contingunt (vtraque me circa illas leges dictas in l. nemo potest ff. de l. l. ideo libuit in præsentis quæstiones earum materiam concernentes examinare, quæ profecto viles erunt in practica.

Primo ergo quatuor, t̄ quid si famulus, qui salarium non petit à domino intra triennium postquam ab eius seruitio exiit, vel alius creditor, qui debitum à suo debitore intra decennium non petit, vel hodie intra 20. annos, habeat penes se aliquam rem domini vel debitoris sui, domino vel debitori suo aliquid debebat, si post lapsum dicti temporis dominus vel debitor petat suam rem vel quantitatem sibi debitam à famulo vel creditore, an hoc casu famulus vel creditor poterit post 20. annos petere salarium vel aliud debitum suum, non obstante temporis cursu? quia si ante non petit, erat impeditus, quia erat debitor ipsiusmet domini vel debitoris in totidem, vel in maiori quantitate forsan, & sic videbatur habere pignus sui debiti. Certe elegans quæstio est, in qua inuenio Felin. in ca. ex transmissa, num. 9. de præscript. ex Petro de Anchatan. consi. 5. expresse determinat, quod si habeo te mihi debitorem in decem, & postea efficit debitor tuus in totidem, certe si non peto quod mihi debes, non præscribis contra me, quia non sum negligens, ex quo desino agere sciens me posse repellere exceptione compensationis, & sic fit compensatio ad euitandam pœnam præscriptionis impositam negligenti, quem refert & sequitur Auiles ubi supra, dist. num. 69. col. 2. v. quæstio quoque fallit. d. l. ordinamentum. dicens: Et sic videtur, quod si petis mihi debitum, possum ego petere tibi, & instrumentum meum contra te mandabitur exequutioni, licet sit transactum decennium. Idem in effectu cum eodem Felin. & aliis tenet Auendan. ubi supra, n. 13. in v. s. item dicta præscriptio, addens, quod hoc casu incipit currere præscriptio ex die, quo creditor soluerit. Eandem etiam opinionem tenet loquens, quando famulus habet rem domini, vt si ab eo dicta res petatur, possit famulus excipere de salario, etiam post tempus, Petrus Duen. ubi supra, limitatione 7. eo fundamento, quia annua ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, vt in l. pure, §. final. ff. de dol. mal. & mer. excep. quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur, excipere tamen potest, Bart. in l. 1. §. sublati, & ibi Iaf. in 2. de iur. ff. ad Trebel. ita dicit Petrus ubi supra, Sed salua pace ipsius Bart. nec Iaf. vbi eos allegat, sed quod quædo lex vel statutum tollit actionem alicui, non intelligitur ipso iure, sed per exceptionem, hoc est, quod ad hoc vt ille actione priuatus excludatur ab agendo, oportet ab aduersa parte excipi, illum non habere actionem, quod est diuersissimum & non conueniens materia de qua agimus. Sed remanet pro hac opinione regula generalis supradicta l. pure, §. final. quod annua ad agendum, & c. per quam eandem opinionem in terminis prius tenuit Rebuff. ubi supra, in d. tracta. de salar. fam. n. 9. fol. 244.

Sed t̄ contra hanc opin. Felin. & nostrorum 22 Hispanorum allego expressam doctrinam Bart. in l. 2. n. 3. ff. de excep. vbi tenet, quod quando exceptio, ideo est exceptio, quia est actio vt est exceptio compensationis, quia ita æque potest intentari principaliter per viam actionis sicut per viam exceptionis, tunc huic exceptio præscribitur ratio, quia est in potestate tua, quando exerces. Si vero exceptio est proprie exceptio, quia non potest

potest opponi nisi per viam exceptionis, tunc illi non præscribitur & est perpetua, quia non est in manu tua, quando exerces, nisi postquam sit per me intentata actio, vt in d. s. fin. l. pure, qui in hoc casu loquitur, vt constat manifestissime ex eius verbis, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando vtatur iure suo. Ius autem cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conueniatur: ergo si exceptio poterat intentari per viam actionis principalis, consequens est, vt non sit perpetua, quando quidem sit in potestate alius, cui competit. Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum famulus vel alius creditor, qui etiam erat debitor in totidem domini sui vel debitoris sui, potuerit compensationem opponere per viam actionis petendo principaliter debitum suum: quod si id omiserit & transierit tempus à iure præfixum ad id petendum, præscribitur hæc exceptio compensationis, ita, vt si ab eo petatur per dominum vel debitorem debitum suum, quod quidem non sit præscriptum, & ipse famulus vel creditor excipiat & opponat compensationem sui salarii vel debiti post tempus præscriptionis, & dominus vel debitor replicet de præscriptione, quod nullo modo admittatur supradicta exceptio compensationis, cum sit præscripta, eo quod potuerit & fuerit in sua manu petere per viam actionis debitum suum ante tempus præscriptionis completum iuxta supradictam doctrinam Bart. quam etiam tenet idem Bartolus in l. p. l. Ann. Cod. de excep. vbi dicit, quod quando exceptio ideo est exceptio, quia est actio catenus durat exceptio, quatenus durat actio, & sequuntur Paulus, Alexand. & Iaf. in l. nam postea, §. si minor, ff. de iureiuran. vbi Curt. lun. num. fina. dicit hanc esse communem limitationem ad regulam text. in dict. l. pure, §. fin. sequitur etiam Paulus de Castr. in l. Papiinianus, §. si filius, num. 3. ff. de inoff. testam. & Felin. in c. si autem, n. 5. col. 2. fin. illius n. de rescript. sequitur etiam & dicit communem Ant. Gomez. in 1. tom. var. c. 11. n. 20. Couar. in pract. quæst. cap. 25. n. 4. in v. s. quod poterit multis comprobari.

23 Pro t̄ qua doctrina communi facit, quod tradunt Carlin. Anton. de Bur. Imol. & Abb. in dict. cap. si autem, dicentes regulam d. l. pure, §. fin. limitari, quando ius excipiendi competit, ex quo competit ius agendi, quia sublato iure agendi est sublatum ius excipiendi, vt probatur in d. l. Papiinianus, §. si filius, vbi filius exheredatus possidebat bona patris, qui cum exheredatus, & hæres scriptus agebat contra eum, probat text. quod filius potest excipere de inofficioso testamento, inducendo querelam in fra illud tempus, infra quod si ageret, eam proponere debuisset, ergo si esset lapsum quinquennium, infra quod posset agere querela, non poterit ea vi excipiendi, secundum supradictos, quod etiam tenent sic intelligentes text. ill. Paul. de Castr. Felin. & Ant. Gom. ubi supra. Ergo cum in proposito ius agendi ad debitum sit sublatum per tempus cursum, consequens est, vt nec etiam famulus vel creditor possit vi exceptione compensationis aduersus dominum vel debitorem petentem à famulo vel creditore rem suam vel sibi debitum. Et ita ex eodem fundamento quo vitur Petrus Duen. ubi supra, ad tenendum contrarium, sc. reg. text. in d. l. pure, §. fin. conuincitur eius opinio, & probatur contrarium, vt modo diximus & probauimus cum doctrina Bart. ubi supra, communiter approbata.

Nec obstat si dicatur respondendo supradictæ doctrinæ Bart. ne obstat limitationi supra assignatae ad dictas leges Regiæ ex Felin. in d. cap. ex transmissa, n. 9. & sequac. quod supradicta doctrina Bart. loquitur & procedit in exceptione compensationis, quia ei præscribitur per rationem Bart. limitatio vero supra dicta non loquitur in exceptione, scilicet, quando famulus vel alius creditor petenti domino vel debitori rem suam, vel quod sibi debetur opponit exceptionem compensationis, quo casu loquitur Bartol. sed quando famulus vel creditor, vilo quod dominus vel debitor petunt à se rem suam vel debitum suum, ipsi quoque per viam actionis petunt à domino vel debitore salariam vel debitum suum, quod possunt facere, secundum Felin. in dicto cap. ex transmissa, num. 9. & sequac. quia non sum negligens, ex quo desino agere, sciens me posse repellere exceptione compensationis, & sic fit compensatio ad euitandam pœnam præscriptionis negligenti impositam: quia satisfactio, quod eadem ratio imo fortiori militat hoc casu in actione, quæ in exceptione, quia si exceptio præscribitur, à fortiori actio, argumento dist. §. fin. l. pure, Item, quia exceptio hæc compensationis non proprie est exceptio, sed est exceptio, quia actio, vt supra dictum est. Imo Felin. ubi supra, videtur loqui etiam in exceptione compensationis, quando quidem inquit, quod fit compensatio ad euitandam pœnam præscriptionis, item non dicitur sufficiens impedimentum præscript. scientia compensationis, quia leges non loquuntur de hoc impedimento voluntario, sed de vero & legitimo impedimento, videlicet, quando, etiam si vellet, non posset agere, vt in proposito stante iusto impedimento limitat dict. lex de salario famulorum triennio præscribendo loquentem ipse Petrus Duen. ubi supra, limitatio. 1. plura iura & Doct. allegans.

Nec etiam obest ratio Felini supradicta, quod non sum negligens, ex quo desino agere sciens me posse repellere exceptione compensationis, & sic non currit contra me præscriptio, & c. Quia Bart. ubi supra, & communis opinio loquitur etiam in hoc casu, scilicet, in exceptione compensationis, & nihilominus determinat, quod ei præscribitur, igitur directe repugnat supradictæ limitationi. Præcipue quia dominus vel alius debitor allegans præscriptionem debiti, debent se fundare bona fide in solutione ipsius ad hoc, vt sit audiendus & ad id probandum allegare & probare temporis cursum, qui sit sufficiens ad inducendam præscriptionem, vt dixi in dict. l. nemo potest, num. 200. & sequent. digest. de leg. 1. Et sic poterit dicere, quod soluit creditori suo debitum antequam creditor efficeretur, per quod excluditur supradicta exculatio negligentiz, quam Felin. & sequaces adducunt & considerant quid tenendum? Certe supradicta limitatio vera videbatur & satis æqua ad dictas leges Regiæ, sed doctrina Bart. supradicta communiter approbata expresse contradicit ei, nec video quomodo hæc duo possint concordari, licet sæpius id cogitauerim: nec inuenio aliquem, qui hanc contrarietatem tangat. Vellem profecto aliquem modum iuridicum concordandi has opiniones reperire, quia mihi nimis aridebat dict. limitatio, nisi ei contradiceret doctrina Bartol. sed dum eum non reperio, teneo Bartol. doctrinam tum propter eius & sequacium auctori-

toritatem maiorem, tum etiam quia communis est & bene probata in *di. l. si in l. pure, & in di. l. Papinianu, §. si filius, vos cogitatis bonam concordiam & menti tenentis supradicta, quia hæc non sunt vulgaria, sed difficilia. Absque dubio tamen procederet hæc mea opinio iuxta dictam doctrinam Bartol. & communem, quando id quod famulus vel alius debitor possidet, quod est creditoris sui, non esset compenlabile, ut quia est species, quæ non compensatur cum quantitate vel contra, ut in *l. fin. C. de compensat. c. fin de depof. vel si esset illiquidum, licet Petrus Duch, ubi supra, d. 7. limitatione loquatur, quando famulus habet aliquam rem domini.**

Posset tamen opinio Felini & sequacium procedere & saluari de equitate propter odium præscriptionis debiti, & seruanda erit sine dubio in foro Ecclesiastico, ubi non curatur de præscriptione, supradicta, ita tenet alios allegans Petrus Duennas, ubi supra, limitatione 8. ubi limitatione 6. tenet etiam quod dicitur pragmatica de salariis famulorum triennio præscribendis loquens, non procedat in foro conscientie, quando dominus scit se adhuc debere salarium, quia non soluit, quod ipse quoque tenuit in *d. l. nemo potest, d. n. 200. & seqq.* Ergo a fortiori non procedet in nostro casu in foro ecclesiastico, ubi creditor possidebat rem vel debitum debitoris sui.

24. Secunda questio principalis circa dictas leges Regias inducentes præscriptionem salarij vel alterius debiti siue actionis per certa temporum curricula est, an prædicta præscriptio interrumpatur per solam petitionem debiti extrajudiciallem coram testibus factam, ita ut non impediatur famulus vel creditor petere debitum suum post lapsum temporum in dictis legibus. Regiis contentorum exceptione præscriptionis, quoties debitum fuit petitum durante illo tempore extrajudicialiter coram testibus, si id probetur, scilicet, quod fuit petitum extrajudicialiter; In hac questione videtur primo dicendum, quod ad interruptendam dictam præscriptionem non sufficiat petitio extrajudicialis per dict. l. 3. tit. 13. lib. 3. ordin. ibi, *No le demadare en juicio no le fiçiere emplaçar a pagar rebobre ello, o no fuere fecha entrega y execucion por ello fasta diez años. que dende en adelante pierda la demanda, &c.* Ecce igitur quomodo requiritur petitio iudicialis, vel saltem citatio vel exsequutio ad hoc, ut interrumpatur præscriptio, ergo non sufficit petitio debiti extrajudicialis, ut constat ex illa l. à contrario sensu.

25. Præcipue tamen quia de iure communi habemus eundem casum decilum in præscriptione statutaria, quod per solam citationem interrumpatur, secundum Bartol. & Ang. in *l. 2. §. si rem, ff. pro emp. re. stat. ut communem plures referens, amplians & limitans Balb. de præscr. 3. part. 6. partis princip. q. 4. n. 10. & seq. fol. 69. vol. 8. tract. diuer. doct. nec contra dicit huic opin. d. l. fin. tit. 15. lib. 4. nou. recop. Reg. quæ loquitur de præscriptione triennali salarij famulorum, dum dicit: *Sean obligados a pedir lo que pretendieren que se les quedare denienddo del seruijo y acostamiento que tuuieren de sus señores, o otro seruijo dentro de tres años despues que fueren despididos de los tales señores, & ibi exceptio si mostraren auerlo pedido dentro de los, dichos tres años a los dichos sus señores, y ellos no se lo ayen pagado ni satisfecho.* Quibus verbis in sua generalitate illa videtur non requirere petitionem in iudicio ad interruptendam præscriptionem illam trium anno-*

rum, sed sufficere quamlibet petitionem debiti etiam extrajudiciallem, dummodo probetur factam fuisse. Nam potest responderi illi legi, quod verbum *petere*, intelligatur cum effectu, scilicet in iudicio, & subsequata liti contestatione, & non alias, ut in *l. amplius non petis, cum similib. ff. rem. ra. hab. & ita constat ex eademdem l. Regia ibi, *Tque passados aquellos no lo puedan sin pedir.* Ecce igitur verbum *petere* in eadem l. simpliciter positum, & necessario debet intelligi, non solum de petitione extrajudiciali, sed etiam iudiciali, quia alias inanis esset l. illius dispositio.*

Uterius tamen tertio pro hac parte facit, quia 26 vscupio triennij est mere fauorabilis, quia causatur ex mero fauore præscribentis tantum propter eius titulum & bonam fidem, non considerata negligentia non petentis, & ideo illa non tollitur nec per citationem, nec per litem contestationem, sed requiritur sententia vel tollatur, ut in *l. si post acceptum, ff. de rei vendic. secundum lazo. in §. penales, n. 123. & seq. Inst. de aut. Et est constituta opinio secundum Couar. in reg. possessor. 2. part. relect. §. 12. n. 4. fol. 84. ubi allegat alia iura de regu. iur. in 6.*

Sed pro contraria parte, imo quod ad impediendam præscriptionem dictarum legum Regiarum sufficit petitio debiti extrajudicialis coram testibus facta, faciunt primo omnia supradicta in ea, §. 6. prima parte huius tractatus, ubi egimus de interpellatione extrajudiciali, facta debitori per creditorem, ut constituat eum in mora, & diximus eandem vim habere iuramentum confirmatorium, ergo si debitor per interpellationem extrajudicialem constituitur in mora, & sic in mala fide, nullo tempore ipse præscribit, & in di. l. regu. possessor. de reg. iur. in 6. Neque alio modo admitendus est ad solutionis probationem per præscriptionem, quam si vere probauerit se soluisse, ut in dictis iuribus. Ergo attentio saltem iure canonico seruando etiam in foro ciuili in hac materia conseruanti peccatum, consequens est, ut sufficiat petitio debiti extrajudicialis ad impediendam præscriptionem.

Nec tamen obstat si dicatur, regulam iuris esse in 27 contrarium, ut denuntiatio extrajudicialis non causet malam fidem, ut in cap. placuit, el. 2. §. potest, 16. q. 3. & in *l. penult. ff. pro emp. gl. fin. ad fin. in c. nihil, de præscr. ubi Felin. n. 5. constituit hanc regulam per illa iura, & assignat 6. fallentias ad eam, & idem Felin. in c. illud, n. 7. eod. tit. & Balbus ubi supra, n. 18. & seq. ubi ponit rationem.*

Quia, tamen licet denuntiatio ab initio & ante 28 ceptam præscriptionem facit aliquem malæ fidei possessorem, seu constituat in mala fide iuxta text. in *l. si fundum, C. de rei vendic. & in l. 10. tit. 29. part. 3. communis, secundum Ariam Pinel. in auth. nisi tricennale, n. 14. C. de bon. mar. tamen denuntiatio post præscriptionem ceptam non constituit quem in mala fide, ut in iuribus supra allegatis, quæ in hoc casu loquuntur secundum supradictos Doctores, alios allegantes, & est communis secundum Ariam Pinel. ubi supra.*

Quia tamen respondeo, quod præcipua fallentia 29 huius regulæ est, quando quis possidet sine titulo, quia tunc denuntiatio extrajudicialis inducit malam fidem secundum Ant. Bar. & Abb. in c. grauis, de restit. spoliat. quos refert & sequitur Felin. ubi supra, dicens ita loqui text. in *litem venimus, §. petitam, el. 2. ff. de petit. hered. & tex. in d. c. nihil.* Ergo cum in proposito dominus vel alius debitor, qui non

non soluit, præscribat debitum sine titulo, quia imo contra ipsos habet famulus vel creditor titulum sui debiti, consequens est, ut per denuntiationem extrajudicialem constituat in mala fide, ac per consequens nullo tempore præscribat per supradicta, & hoc est forte fundamentum.

30. Aliam tamen limitationem habet regula supradicta, quæ facit in nostro proposito, scilicet, quando in denuntiatione extrajudiciali fuisset expressum tale quid, quod inducit seu inducere debet malam fidem informantem conscientiam partis in facto, puta per extensionem iurium suorum, secundum Balbum ubi supra, n. 20. sed in proposito, quando famulus vel alius creditor petit à domino vel debitor salarium vel debitum suum, exprimit tale, quod inducit & inducere debet malam fidem in debitor & laesionem conscientie, scilicet, causam seruitij vel debiti, igitur bene constituitur debitor vel dominus hoc casu in mala fide, ac per consequens villo tempore non præscribat, per di. c. fin. & d. reg. possessor.

31. Et tamen hoc fundamentum primum huius secundæ partis præcipue procedit, ut dictum est, iure canonico attentio seruando etiam in foro ciuili, quia per quemcumque actum, qui causet malam fidem, citra litem contestationem etiam per simplicem citationem, vel aliter præscriptio interruptitur.

Nam superueniens mala fides de iure canonico in quacunque temporis parte interruptit præscriptionem, ut in d. c. fin. & ibi plene notant gloss. & doctor. & tradit Balb. ubi supra, num. 36. qui refert in hac opinione, quæ quidem est securior, secundum Fel. in cap. illud, num. 10. de præscr. & Couar. in d. reg. possessor. 2. part. relect. §. 12. n. 2. ubi bonam questionem examinat & decidit eam in fauorem nostri propositi, & dominus Antonius de Pad. plures allegans in *l. 2. n. 77. C. de seruit. & ag. qui licet loquatur in citatione, Balbus tamen ubi supra per eum ibi allegatus loquitur generaliter, ut supra dictum est, in quocunque actum, qui causet malam fidem etiam per simplicem citationem vel aliter.*

32. Secundum tamen & principale fundamentum huius secundæ partis est *l. 29. vers. fin. tit. 29. part. 3.* cuius leg. verba à vers. precedenti, ut intelligatur, quomodo in ea probetur hæc secunda pars, ita se habent: *Orosi de rimas, que si un hombre fuesse deudor de otro, por rason de alguna cosa que le huuiese a dar, e aquel a quien la deniesse estuuiesse tanto tiempo que el no demandasse el deudo, que el otro lo començasse a ganar por tiempo, si despues desto renouasse el deudor la deuda que deniesse haciendo carta, o fiaduria sobre si, o dando peños, o pagando algo por rason de monedero, o dando parte del precio, o haciendo otro alguna cosa semejante destas mençamientos, despues que lo començo a ganar, desparjasse e perdiessse por ende el tiempo porque la ganaua contra el. Enrat nunc verficulus finalis di. l. leg. qui probat hanc secundam partem: *Esta misma feria si el señor del deudo se lo demandasse delante de amigos, o de auentureros.* Ecce ergo leg. expressam, quæ inter alios plurimos modos, quibus interruptitur præscriptio debiti cepta, qui sunt valde notandi, ponit quandam, scilicet, *Quando se pide el deudo de lance de amigos,* ergo expressa lex est in nostro casu & questione pro hac secunda parte, quod petitio extrajudicialis debiti facta coram testibus, interrumpat præscriptionem debiti. Præterea pondero l. illam Regiam, quatenus in vers. orosi, el. 1. & in vers.*

orosi, el. 2. constituit differentiam in interruptione præscriptionis ream alienarum & debitorum, nam primo casu probat lex interrumpi præscriptionem per citationem vel litem contestationem, secundo vero vel aliis pluribus modis, præsertim per petitionem debiti coram amicis vel arbitratoribus factam. Ergo expressissime voluit l. illa non requiri ad interrompendam præscriptionem debiti citationem in iudicio faciendam nec litem contestationem, sed sufficere petitionem ipsius coram amicis vel arbitratoribus factam.

Ecce igitur habemus fundatas duas partes huius secundæ questionis principalis circa di. l. leg. Regias, quid tenendum: Breuiter, meo iudicio, verior & tenenda est, hæc secunda & posterior pars, quæ quidem securior est, etiam in animæ iudicio per fundamenta supra pro ea adducta, quæ sunt efficacissima in hac materia, in qua loquimur, scilicet in præscriptione debiti, quia non agimus nunc de præscriptione alienarum rerum, tertio & principaliter pro hac secunda parte facit expressa *l. fin. tit. 15. lib. 4. nou. recop. Reg. supra* relata in fundamentis prioris partis, nam tantum loquitur de petitione simpliciter, & non declarat, quod fiat iudicialiter, ergo generaliter debet intelligi in quacunque petitione iudiciali vel extrajudiciali, per regulam vulgarem *l. de pretio, cum similib. ff. de Public. in rem actio.*

Et retenta hac opinione non obstat *d. l. 3. tit. lib. 3. ordinam. veteris, in verbis supra relatis.* & communis opinio supra allegata pro prima parte, quia eis primo respondeo, quod *ibi* non negatur, quod petitio extrajudicialis idem operetur, sed affirmatur, quod præscriptio debiti interruptitur per citationem vel litem contestationem, unde idem est dicendum in petitione debiti extrajudicialiter facta coram testibus amicis, ut per *d. l. 29. part. 4.* ut iura iuribus concordantur, & euitetur legum correctio, quia non est nouum, vel posteriores leges ad priores trahantur, ut in *l. sed & posteriores ff. de legib. Nec obstat, si adhuc replicet quis contra hanc solutionem dicens eam non recipere *d. l. ordinamenti*, quia præcise ea cauetur, ut creditor amittat actionem, si intra decem annos debitor suum non citauerit, vel conuenierit in iudicio super debito, vel facta fuerit exsequutio, quasi expresse excludat alios casus: quia respondeo, quod secundum hoc sequeretur, quod neque etiam in tertium peretur præscriptio debiti, si renouasse el deudor la deudo que deniesse haciendo carta, ofiaduria sobre si, o dando peños, o pagando algo por rason de monedero, o haciendo otra cosa semejante destas. Quod non est verum, ut probatur in *l. cum notissimi, §. illud, & in §. mo, & in §. sed & si quis, C. de præscr. 30. vel 40. am. & in d. l. partita in verbis supra relatis.* quarum legum correctio minime inducenda est per subauditum intellectum *d. l. ordinamenti*, præcipue, quia nemo audebit dicere per supradictos modos non induci interruptionem præscriptionis debiti.*

33. Et tamen in terminis inuenio, quod limitat di. l. ordinamenti in vno supradictorū casu, sc. si pars debiti soluat, ut in altera parte non soluta non habeat locū præscriptio, ut puta si aliquis debet singulis annis centum, & vnoquoque anno soluit quinquaginta, nam in aliis quinquaginta non habet locum præscriptio, Auendan in *2. part. c. 30. part. n. 13. vers. Item dicit a lex locū non habet fol. 258.*

per text. in l. is cui usufructus, ff. quemadmod. usufructus amittit & allegat etiam Paul. in l. si prius nocturna, digest. de ag. p. u. arcend. & non allegat d. l. partita hoc expresse probantem, quæ non loquitur in debito annuo, sed simpliciter in debito, cuius pars soluitur durante termino præscriptionis, postquam ipsa incepit, nam interruptitur supradicta præscriptio cœpta ex solutione partis debiti. Sed idem eadem ratione dicendum venit in debito annuo in casu Auend. Aduerte tamen ad quoddam satis singulare, scilicet, quod si debitor post completum tempus præscriptionis debiti soluat partem debiti, tunc alia pars non soluitur præscripta erit, quia quatenus est solum, eatenus nocet sibi debitor, in reliquo non, si fuerit bonæ fidei possessor, nec videtur approbare debitum partem soluendo, vt cum Barb. cons. 9. incip. vbi Christum, in 2. quæst. vol. 3. tenet & probat Petrus Rebuff. vbi supra, num. 7. & 8. fol. 1233. quod est singulare & notandum pro intellectu & limitatione supradictorum, præcipue dict. l. partite. Nam ipsa & Doctores antea allegati loquuntur & procedunt, quando durante termino præscriptionis soluitur pars debiti, tunc merito quod in residuo non completatur præscriptio: at vero Rebuff. loquitur, quando post completam præscriptionem soluitur pars debiti. Ergo cum adhuc stante dict. l. ordinamen. d. casus, & modi interruptendi præscriptionem debiti cœptam admittendi sunt, admitti etiam oportet alium, de quo agimus, scilicet, petitionem extrajudicalem coram amicis factam, & præcipue cum dicta lex ordinamenti hodie non ponatur in noua recopilatione legum Regni, sed potius corrigatur per l. 6. in fin. tit. 15. lib. 4. nou. recopilat. vbi non agitur de vilo modo interruptendi præscriptionem debiti, & sic remanet res hæc sub dispositione iuris communis suprad. l. partite. Secundo respondeo d. l. ordinam. quod licet aliquid obstat huic secundæ parti principali, nihilominus attento iure canonico tenenda esset hæc secundæ pars & opinio, per ea, quæ supra dicta sunt in primo fundamento huius partis & opinionis. Non obstat etiam responsum, quod dedimus ad d. l. fin. tit. 15. lib. 4. ordinamen. dicentes, verbum, petere, illius debere intelligi cum effectu, scilicet, in iudicio subsequata litis contestatione, & non alias, per l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi. Quia, vt supra diximus, lex illa Regia generaliter loquitur in quacunque petitione.

Et ꝑ respondeo primo dict. l. amplius, non peti, quod quando verbum petere ad eum refertur, cui ex petitione debet adquiri, verificatur ex simplici petitione extra iudicium, vt in l. si decem cum petiere, ff. de verb. obligat. quando vero refertur ad eum, qui ex petitione debet obligari, tunc requiritur litis contestatio, & aliter non verificatur, nisi ex litis contestatione. Et ita procedit & loquitur text. in d. l. amplius non peti, quia ibi reus volebat conueniri procuratorem, qui promisit amplius non peti ex petitione alterius, vnde ad procuratorem obligandum ex supradicta sua promissione & stipulatione amplius non peti, requiritur petitio in iudicio cum litis contestatione subsequata, ita text. illum intelligit Claud. Aqueus, in l. naturaliter, colum. penult. ff. de vscap. quem refert & sequitur Bal. in d. tract. præscrip. 3. part. 6. part. princip. quæst. 4. num. 11. Ergo ita in proposito nostro dicendum est, quod cum verbum petere, contentum in dict. l. Regia fin. refertur ad

famulum, qui debet petere seruitium siue salarium suum infra triennium, ne alias præscribatur, & ex hac petitione famuli sibi ipsi acquiratur, consequens est, vt sufficiat petitio extrajudicialis ad interruptendam dictam præscriptionem, præcipue stante d. l. Regia fin. quæ generaliter & geminate loquitur tantum in verbo, petere, non adiecto in iudicio, neque extra. Secundo modo responderetur, d. l. amplius non peti, quod ibi ideo requiritur petitio iudicialis cum litis contestatione subsequata, & non sufficit alia quæuis petitio, quia tractatur de procuratore obligando ad stipulationem suam, hoc est, ad penam promissam, si amplius petitur foret, & sic de pena incurrenda, ideo merito requiritur petitio iudicialis ad euitandam commissionem d. stipulationis pœnalis, ergo eadem ratio debet sufficere in nostro proposito petitio extrajudicialis ad euitandam etiam penam præscriptionis, hoc est, amissionis debiti, quia si non sufficeret petitio extrajudicialis, facilius incurreretur pœna, hoc est, præscriptio & amissio debiti. Ergo cum in vtroque casu, scilicet, in casu d. l. amplius non peti, & in nostro casu præscriptionis debiti, de quo agimus, tractatur de euitanda pœna, merito quod in illo requiratur iudicialis petitio ad hoc, vt ibi euideatur, & in nostro casu sufficit extrajudicialis, vt etiam euiteretur pœna præscriptionis & amissionis debiti, præcipue cum præscriptio regulariter sit odiosa, maxime hodie attento iure canonico ex supradictis in primo fundamento huius secundæ partis principali. Neque etiam obstant verba illa eiudem legis Regiæ, ꝑ que passados aquellos no lo pue dan mas pedir, quæ supra ponderauimus pro prima parte, nam respondeo, quod imo aperte in fauorem huius secundæ faciunt, quia necessario debent intelligi tam de petitione extrajudiciali quam iudiciali, scilicet, vt post completam præscriptionem legitimam illius leg. famulus nullo modo possit petere salarium.

Non obstat etiam tertium fundamentum primæ partis, quia loquitur & procedit in vscapione rerum iuris communis, quæ procedit cum titulo & bona fide, quæ est introducta fauore merito præscribentis, non considerata negligentia non petentis: nos vero agimus de præscriptione debiti statutaria sine titulo, quæ non tam procedit fauore præscribentis quam negligentia non petentis, & ideo est maxima differentia inter has duas præscriptiones, & sic diuersum ius esse debet.

Ex supradictis remanet bene fundata hæc secundæ pars, & responsum & satisfactum fundamentis primæ partis. Et absque dubio intelligo esse veram hanc secundam partem in præscriptione illa salarij per triennium, vt interruptatur per petitionem extrajudicalem probatam vel partis confessione, vel testibus, tamen ex supradictis, tum etiam, quia in hac præscriptione triennij d. l. Regia finalis non exprimit de petitione iudiciali, sed generaliter loquitur de quacunque petitione, tum etiam, quia cum hæc præscriptio salarij breuior in tempore sit, quam præscriptio alterius debiti, merito, quod facilius interruptatur, licet adhuc in præscriptione alterius debiti idem existimem esse verius, vt interruptatur hodie per petitionem extrajudicalem per omnia supradicta in hac 2. parte, præcipue in 1. & 2. fundamentis eius. Et in terminis constitutionis Regiæ Gallicæ præscriptis, quod

quod mercatores minutarij & artifices, non audiantur petentes debita post sex menses. Hanc opinionem nostram expresse tenet, probat & fundat Petr. Rebuff. vbi supra, ar. 1. gl. 22. nam Regia illa constitutio loquitur per verbum, interpellatio, & idem est quod petitio, & concludit Rebuff. ibi, quod sufficit interpellatio extrajudicialis ad impediendam dictam præscriptionem, quia est odiosa & inducta tum ad euitandam fraudem creditoris, ne cogat bis soluere, & sic vt excludat causam peccati, tum etiam in negligentiam suam, nec potest dici creditor negligens, quando petit in iudicio vel etiam extra, maxime cum hic debitor sit in mala fide, eo, quod scit se debere & recusat soluere, præcipue de iure canonico, quo attento interruptitur præscriptio per quemcunque actum, qui causet malam fidem, vt ibi probat, idem probat idem Rebuff. in salarij fam. vbi supra, in tit. de famul. salar. gl. fin. Et ita mihi conuenit nostra opinio & fundamentis. Alias plures limitationes ad dictas leges Regias vide per Aules, Auend. & Per. Duca. vbi supra, & eundem in reg. 6. & latissime & optime per Petr. Rebuff. vbi supra, qui est omnino videndus.

Ultimo ꝑ pro complemento huius capit. est videndum, vt in interruptio præscriptionis facta contra principale, nocet fideiussori ignorantis & non citati: In quo omnia alteratione resolutiue procedendo dico, quod sunt faciendæ tres conclusiones in hoc articulo.

Prima conclusio est, quod interruptio præscriptionis facta contra principale, non nocet eius fideiussori contractus ignorantis & non citato, ita tenet gl. in l. cum quis, §. si quis pro reo, in gl. 3. verb. annus, ff. de sol. vbi Bart. late examinat articulum hunc, & tenet hanc opinionem. & respondet ad iura, quæ videbantur probare contrarium, & facit aliquas illuminationes ex hac prima conclusione, & ideo videndus circa eam, sequitur etiam alios allegos Petr. Rebuff. vbi supra, in tract. de salar. fam. gl. 15. n. 2. vbi num. 3. limitat in casibus, in quibus fideiussor ante principalem potest conueniri.

Secunda conclusio est, interruptio præscriptionis facta contra principalem nocet eius fideiussori iudicii, hoc est, fideiussori de iudicato soluendo, gl. est singularis, quæ ad hoc allegatur per Doct. in l. si fideiussor §. final. ff. manda. verb. fideiussorem si soluit, sed, vt inquit Bart. ibi gl. hæc generaliter loquitur in quocunque fideiussore, & sic est contraria glossæ supradict. l. cum quis, §. si quis pro reo, gl. 3. ff. de solut. & text. quem allegat hæc gloss. posterior, scilicet l. fin. C. de duobus reis, loquitur in duobus reis principaliter obligatis, non vero in reo & fideiussore. Nihilominus tamen Bald. in l. tam mandatori, colum. ult. C. de non num. pecun. constituit hanc differentiam inter supradictas gloss. vt concordentur, quod prima loquatur in fideiussore contractus, secunda vero in fideiussore de iudicato soluendo, quam opinionem & distinctionem sequuntur etiam Angel. & Alexand. & eos referens Bald. vbi supra, d. n. 49. & 50. & Rebuff. vbi supra.

Ratio ꝑ differentiam inter has duas conclusiones potest esse, quia sententia lata contra principalem mandat rectè via executioni contra eius fideiussorem de iudicato soluendo absque nouo processu, quod secus est in fideiussore contractus, vt in l. fin. paragr. §. C. de vscap. rei iud. & ibi Bart. Bald. & ceteri Doct. idem Bartol. in l. 1. ff. in-

dicat. solu. tradit Roderic. Suarez, in l. post rem iudicatam, in 9. notab. fol. 263. digestus de re iudic. & Aules in c. 10. prat. in gl. execution. num. 41. vbi alios allegat, & testatur hanc esse communem opinionem ex testimonio Rod. Stat. Ergo nimirum si interruptio nocet etiam fideiussori iudicii, non vero fideiussori contractus, ita hanc rationem differentie constituit in proposito, Baldus vbi supra, numero 50.

Tertia conclusio, interruptio præscriptionis facta contra vnum ex reis debendi nocet ceteris correis, ita probat text. expressus in l. fin. C. de duobus reis, qui ad hoc principaliter venit, & rationem differentie inter hanc tertiam conclusionem & primam supra positam posuit Bartol. in dict. §. si quis pro reo, scilicet, quod duo rei tenentur eadem specie obligationis, secus in reo & fideiussore contractus, nam fideiussor obligatur semper verbis, vt in l. blandium, C. de fideiuss. cum similib. Sed reus potest alio modo teneri & obligari, videlicet, re vel consensu, item in reo & fideiussore vna est obligatio semper principalis, & alia accessoria, sed obligationes correorum sunt corales, si reus de duobus reis, & in l. generaliter, ff. de fideiuss. Et hoc est, quod meo iudicio voluit dicere text. in dict. l. final. ibi, si tenetur vno eorumque contractus, id est, in vna eademque obligatione, quia sunt corales. Et hanc opinionem diuersitatis sequitur Balb. vbi supra, n. 47. & interpellatio autem facta contra fideiussorem procedit contra principalem, quando fideiussor potest conueniri ante principalem, vel si dominus erit austerus, & famulus cum interpellare non audeat, secundum Petr. Reb. vbi supra, d. gl. 15. n. 6. fol. 248.

Restat ꝑ tamen scire, an sicut per iuramentum 39 tum decisum delatum a debitoro creditoris positum in fine contractus, iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam in dict. §. si is qui temporali, perpetuetur actio contra principalem, perpetuetur etiam actio contra ipsum fideiussorem contractus, vel etiam si iuramentum illud sit iudiciale ex conventionem partium? In quo Roderic. Stat. in dict. 2. notabil. num. 4. ad finem, tenet simpliciter idem in perpetuatione facta & inducta per supradictum iuramentum, quod in illa, quæ inducitur per litis contestationem, de qua in supradictis conclusionibus. Sed certe eius dictum non videtur indistinctè verum, quia si iuramentum ipsum præstatur per creditorem ex declaratione debitoris in ipsomet contractus, vbi fideiussor se obligat cum principali, clarum est, quod voluit se obligare, & se obligant cum eisdem qualitatibus, & pro eodem tempore quo principalis obligator, & remanet obligatus, cum sciat principalem detulisse creditoris dictum iuramentum & creditorem inrasisse sibi dari oportere, sed principalis hoc casu remanet obligatus vsque ad 40. annos, vt supra late dictum est, ergo & fideiussor, cum fuerit sciens. Quod etiam probatur, quia nemo est, qui iure negare queat, quod si interruptio præscriptionis fiat non solum cum principali, sed etiam cum eius fideiussore contractus, quod ambobus præiudicetur & perpetuetur actio in quadraginta annos respectu vtriusque. Ergo idem est dicendum in nostro casu, cum pari passu ambulent in hoc, & procedant iuramentum & litis contestatio, per dict. §. si is qui temporali, quandoquidem iuramentum quod perpetuetur actionem, præstitum fuerit in præsentia fideiussoris: & ipse fideiussor obligauerit